Quelle:
Copyright:



9. Fol: 170b-181a

S. Bernardi Tractat: de 4. grad: spirit: exercitii.

"Incipit tractatus de quatuor gradibus spiritualis exercicii Beati Bernhardi." Ita titulus; initium vero est: "Cum die quadam corporali manuum labore". Esse opus Guidonis Carthus: et alia plura dixi in Cod: CXLII. n 10. Id addere liceat, hunc codicem esse mutilum, atque a numero secundo usque ad præsentem insignem in eo grassari confusionem, quæ tam bibliopegi culpæ, quam librarii /: an inscitiæ, an malitiæ nescio :/ tribuenda est.

10. Fol 181a-186a

S. Bernardi formula honestæ vitæ.

Inscribitur præsens opusculum: "Incipit tractatus bonus de formula honeste vite Bernhardus. Initium est: "Petis a me frater Karissime quod nunquam et nusquam a suo provisore audivi aliquem petivisse." Extat inter Opp. S. Bernardi edit: Mabill: T. V. col: 811. hac ab editore censura notatum: "In codice Cisterciensi extat cum hac epigraphe: Formula honestæ vitæ data a S. Bernardo, ut creditur. Eidem etiam in ms: Codice Ecclesiæ Parisiensis tribuitur, sed perperam." Hæc Mabillonius. Coeterum Codex noster in calce plura continet, quam præfata editio.

11. Fol: 186a-189b

S. Augustini Dialogus inter sanctam animam, & B. V. M. de passione Dñi.

Inscriptio hujus opusculi est: "Incipit dyalogus beati Augustini inter sanctam animam et beatam Virginem Mariam de passione domini tractatus de originalibus ejusdem." Initium est: "Anime fideles sponse Jesu Xti fletum deducite." Opus, quod penitus ignorant editores